



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 4. De ætate Beneficiandorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

84 Et idem esset fin accessu, ut in decisione Compo-
stell. supra adducta dub. 5. n. 5.

85 Sed contra videbatur, posse succedere, & acqui-
rere vigore coadiutoria, beneficium, licet cum ob-
ligatione illud resignandi infra sex menses, ut alias
respondit S. Congregatio Episcopo Vicensi. his ver-
bis: Decanus Ecclesie Vicensis habebat etiam Canonica-
tum in eadem Ecclesia, in qua fecit sibi coadiutorem, cum
futura successione filium suum naturalem, & pariter sibi
eundem fecit coadiutorem in Ecclesia parochiali eiusdem
diocesis, quam idem Decanus obtinebat, decrevum fuit,
quod pater de presenti resignaret filio in totum dictam
parochialem, & post mortem patris haberet filius spatium
sex mensium ad resignandum Canonatum, quem sibi
virtute dictae coadiutoriae, cum plene acquisisset, dum
tamen eo vivente, & mortuo patre, abstineret ab ingres-
su Ecclesie in qua dictus Canonatus existit. Idem pla-
cuit decernere in aliis casibus similibus, in quibus filij il-
legitimi clericorum reperiuntur, dati coadiutores, cum
futura successione in Ecclesia, in qua pater, ut scilicet, cum
nunc plene non obtineant beneficia, sed tantum officium
coadiutoria fungantur, habeant spatium sex mensium
post mortem eorum, quibus dati sunt coadiutores ad re-
signandum beneficium, quod per eorum mortem plene ac-
quisiverunt, dum tamen omni tempore abstineant ab in-
gressu ipsius.

86 Sed huic declarationi satisfecit ex alia declaratione
eiusdem S. Congregationis, quae sic ait: Aliquando
Congregatio Concilij, in casu quo filius datus fuerat ante
Concilium coadiutor patri, cum futura successione,
censuerat post mortem patris dandum esse terminum fi-
lio sex mensium, ad dimittendum, etiam quod Episcopus
& Capitulum pro filio supplicarent, sed postea 12. Maij
1588. eadem Congregatio censuit, non concedendum,
ut filius possit retinere Canonatum, quia agitur de
succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium, in
quo pater contra expressum decretum Concilij hic. Unde
apparet illud fuisse ex speciali gratia, & concessio-
ne.

87 Decimotertio dubitatur, an facta resignatione a-
licuius beneficii in fauorem filij clerici, referuata pen-
sione resignanti super beneficio patris, de consensu
eius intrat dictum decretum Concilij, verbi ad hac, &
dicendum est intrare, ut censuit S. Congregatio, his
verbis: Antonius Correa legitimus obtinens Canonica-
tum Ecclesie Algarabensis, illud resignauit in fauorem Ni-
colai Cassada, reseruata pensione super parochiali, quam
Matthaeus pater Nicolai obtinebat, de consensu patris,
questum est, an huic pensioni obstat decretum Concilij?
Congregatio censuit casum propositum comprehendere de-
creto Concilij, sess. 25. c. 15. in fin. & patrem in fraudem
consensisse pensioni.

88 Decimoquarto dubitatur, an regula de triennali
iuret contra dictum decretum Concilij, & respon-
detur negative, ut censuit S. Congregatio Concilij
in declaratione infra adducta. n. p. c. 5. ad fin. numero
379. & in causa Calagurritana Canonatuum, de qua
supra numero 82. & seq. his verbis: Illustr. & Reueren.
Dominis supplicatur, eidem dari resolutionem super du-
bio sequenti. Dubitatur, an is, qui ante, & a tempore pu-
blicationis Conc. Trid. possidet beneficia, contra dispo-
sitionem cap. 15. sess. 25. de reform. ex praesumpta dispen-
satione resultante ex regula de triennali, & possessione
huiusmodi diuturna, se tueri valeant? Congregatio
Concilij censuit, filio illegitimo, qui ante Concilium
habebat beneficium in Ecclesia, in qua pater simile,
vel dissimile beneficium obtinebat, & ex decreto Con-
cilij, capitulo 15. sess. 25. de reform. tenebatur intra tres

menses illud dimittere, non suffragari regulam de trien-
nali.

Et idem fin Rota resoluit in eadem causa, ut in 85
dictae declaratione Calagurritana supra adducta, numero
82.

CAP. IV.

De aetate beneficiandorum.

SUMMARIUM.

Ultra clericatum, legitimitatemque requiritur etiam ad
beneficia legitima aetatis, n. 1. de qua qui sunt viden-
di n. 2. & quia multa sunt annotata per Concilium,
examinanda est aetas in quolibet beneficio hodie re-
quisita, n. 3. & seqq.

Ad beneficia simplicia, licet de iure antiquo tantum re-
quiratur aetas septem annorum, & sic quod quis sit
maior septenni, n. 5. ex quo septenni potest conferri
prima tonsura, n. 6. & idem in minoribus Ordinibus,
n. 7. tamen hodie nullus ante decimum quartum an-
num beneficii potest obtinere ex decreto Conc. Trid.
n. 8. quod procedit secundum S. Congregationem, nisi
in fundatione aliter statuatur, quia non est ei derogatum,
num. 9. & 10. ubi refertur quaedam Rota resolu-
tio.

Sufficit attingisse decimum quartum annum aetatis, licet
non sit expletus, n. 11. & seq. & n. 13. assertur alia de-
claratio S. Congregationis super d. decreto, & de aetate
ad pensiones remissum, n. 14.

Licet olim esset controversia circa aetatem requisitam ad
Canonatum, praecipue Ecclesie Cathedralis, qui de
iure communis non habet annexum ordinem sacrum,
sed tantum primam tonsuram, an sufficeret aetas septem
annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, ut tenent
multi, an vero requiratur aetas 14. annorum, ut alij te-
nent, tamen hodie cessat ista controversia, & regula
Cancell. 18. de aetate, ex decreto Concilij, ubi statuitur,
quod nemo ad dignitatem, Canonatum, aut portio-
nem recipiatur, nisi qui ordine sacro requisitus sit ini-
tialis, aut in aetate, ut infra annum initiari valeat, &
quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Ca-
nonici, ac portiones habeant annexum ordinem
presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, &c. a. n. 15.
& n. 5. seqq.

Cum hodie ex eodem Concilio ad subdiaconatum requi-
ratur 22. annus, ad diaconatum 23. & ad presbyteria-
tum 25. incepti, ad Canonatum, aut portionem Ec-
clesie Cathedralis subdiaconalem requiritur aetas 21.
annorum, & ad diaconalem, aetas 22. annorum, & ad
presbyterialem 24. annorum completorum, ita quod
attigerit annum sequentem, a. n. 21. ubi adducuntur
aliquae declarationes sanctae Congregationis. n. 22. &
n. 5. seqq.

In Ecclesiis autem ubi nec ante Concilium, nec post facta
fuit designatio & annexio sacrorum ordinum, & sic
nullus sacer Ordo canonicatus annexus est, qui ca-
nonicatus, vel portionem consequi velit, debet esse
subdiaconus, vel saltem in aetate requisita ad subdia-
conatum, nempe, quod attingat 22. aetatis annum, cum
ad minus debeat habere annexum ordinem subdia-
conatus, a. numero 28 ubi adducuntur declarationes
S. Congregationis sic accipiendae. numero 29. & 2.
seqq.

In canonico praesentariario requiritur ultra gradum Do-
ctoratus, vel licentiae in Theologia, vel iure Canonico,
quod

quod sit 40. annorum, seu alias, qui aprior pro loci qualitate reperitur, num. 32. & secundum sanctam Congregationem defectus istius etatis non obstat, ubi alias aprior pro loci qualitate non reperitur, num. 33. sufficereque, quod non reperitur in civitate, aut etiam in diocesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec est querenda extra diocesim, nisi Episcopus velit eum eligere extra diocesim, n. 34. & debent esse dicti 40. anni completi, n. 35.

Circa etatem promouendorum ad canonicatus Ecclesie collegiate nihil innovat, seu disponit Concilium, n. 36. & seq. ubi ponuntur declarationes Sancte Congregationis, n. 38.

Ad canonicatus Ecclesie collegiate, aetiam insignis, requiritur, & sufficit prima tonsura, & quod quis attingat 14. etatis annum, sicut ad alia beneficia: interim tamen non habebit vocem in Capitulo, n. 39. & idem est in dimidiis portionibus Ecclesie Cathedralis, n. 40.

Ad parochiales Ecclesias, seu curata beneficia, & dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promouendus debet attingisse vigesimum primum etatis annum, & alias prout est nulla, numer. 41. hinc in Abbate etas etatis requiritur, numero. 42. & quando dicatur animarum cura subesse: remissum numero. 43.

Quilibet poterit obtinere beneficia curata, & qualibet alia sacerdotalia aperiuntur, etiam si tantum habeat primam tonsuram, dummodo sit in dicta etate. Nec requiritur, quod sit in quatuor minoribus constitutus, n. 44. & seq. ubi adducuntur declarationes Congregationis, n. 46. & 2. seqq.

In aliis beneficiis habentibus ordinem sacrum annexum licet non actus, requiritur etas requisita ad ordinem annexum, num. 49. & alias prout est nulla, etiam ex causa permutationis facta, numero. 50. Quod non solum procedit in beneficiis habentibus annexum ordinem presbyteratus, sed etiam diaconatum, vel subdiaconatum, contra Ioannem Andream, & alios a num. 51. Et in his etas ordinum requiritur tempore date impetrationis, nisi sit ad vacaturam in genere, tunc sufficit tempore vacationis, n. 52. & seq.

Ad dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, licet de iure antiquo requiratur eadem etas, quae in curatis, in quibus tamen Episcopus poterat dispensare cum maioribus viginti annis, tamen hodie ex Concilio requiritur, quod sine viginti duobus annis, non minores, quod non poterit Episcopus dispensare, a numer. quinquagesimo quarto & 3. seqq.

Illud decretum Concilii comprehendit dignitates, & personatus etiam in Ecclesiis collegiatis, ut censuit sancta Congregatio: quamvis in contrarium sit alia declaratio eiusdem sanctae Congregationis. Et improbat Manuel Rodriguez a num. 58. cum nu. 6. seqq. Ad dignitatem tamen principalem in collegiata regulariter requiritur etas viginti quinque annorum, cum habeat curam animarum, n. 65.

An satis sit attingere vigesimum secundum annum, ut quis possit ad dictas dignitates, vel personatus asciscere, an vero sit necessarium habere viginti duos annos completos a num. 66. Resolvitur necessarium esse habere viginti duos completos, numero 67. & 2. seqq. Et ponuntur declarationes S. Congregationis, numero 70.

Debent esse completi quadraginta anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatiam, nec contra a potest Episcopus, aut Nuntius dispensare, n. 71.

Hoc de etate 22. annorum requisita ad dignitates, & personatus non curatos, intelligit, nisi alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requiritur etas 25. annorum ad sacerdotium requisita, num. 72. Unde ad Decanatum, Praeposituram, & Archipresbyteratum, etiam si eis animarum cura nulla subest, ea etas requiritur etiam hodie, num. 73. Et in Abbate, n. 74. Improbatur Mandosius, dicens, quod stante constitutione, quod Abbas constitutus esse debeat in etate annorum triginta, sufficiat annum trigessimu attingisse, n. 75.

Ad Episcopatum promouendus debet esse maior 30. annis, ita quod 30. annum iam exegerit, & in sacro ordine saltem ante sex menses constitutus, n. 76. & n. 77. ponitur constitutio Greg. 14. de forma faciendi processus, & inquisitiones super promouendis ad Ecclesias Cathedralis.

Eadem etas, quae in Episcopo, requiritur in Cardinalibus, n. 78. Hodie tamen diaconus Cardinalis esse potest, qui in 22. etatis anno fuerit constitutus ex constitutione Sixti Quinti, n. 79.

De etate Abbatissa, seu Priorissa remissum, n. 80. & de etate requisita ad beneficia regularia, etiam remissum, n. 81.

Prout facta non habenti etatem in beneficio requisitam est nulla, n. 82. Etiam in conscientia, num. 83. Et etiam si ad etatem requisitam desit quantumvis parvum & modicum tempus, ut unus dies vel hora, quid quid alias circa etatem ordinum male teneant aliqui, n. 84.

Id procedit etiam in presentatione, & in oppositione, nam etiam tempore oppositionis, & petitionis requiriturabilitas, & qualitas requisita, numero. 85. & 86.

Improbatur Man. Rodrig. & Vega, dicentes, quod laicus potest se opponere ad beneficium presbyterale in Ecclesia ubi est statutum, quod obtinens beneficium intra annum fiat presbyter, dummodo attingerit 25. annum, quod non dicit Nauar. per eos allegatus, n. 87. Et quod ibi subditum, quod quando patronus presentat absentem sufficit, quod tempore, quo accedit nunciatus cum scheda, habeat etatem requisitam, accipiendum est iuxta alias dicta c. 1. n. 88.

Aetas, a natiuitate connumeranda est, non a die conceptionis, n. 89.

Eadem etas, &abilitas, quae requiritur & sufficit ad titulum beneficii, requiritur & sufficit ad coadiutoriam a papa concessam, n. 90.

Vltra clericatum, legitimitatemque, requiritur etiam ad beneficia legitima etas, de qua in singulis beneficiis requisita praesertim iure antiquo ante Concilium Tridentinum, vide tex. in ca. cum in cunctis, in prin. & in §. inferiora, de elect. & in c. super inordinata, de praeb. & ibi Abbat. & Dd. & tex. in c. de etate & qual. lib. 6. & in clem. generalem, eod. & in clem. nec in agro, §. ceterum, de statu regul. & ibi Dd. & gloss. & Franc. nu. 4. in c. si eo tempore, de rescrip. li. 6. Alber. Troc. de vero & perfecto cler. li. 2. c. 18. & 19. Bertachin. de Episcopo, p. 2. lib. 9. 30. Selua de benef. 3. p. 9. §. 2. qualitate, a n. 13. ad 30. Rebuf. de pacificis possessorib. a nu. 208. ad 220. alias a num. 174. ad 184. & in praxi tit. de dispensatione ratione etatis, Corral. de beneficiis, p. 3. Ioan. Nicol. Gimon. in Enchirid. beneficiorum, tit. 1. c. 7. Rosiniacum de beneficiis, c. 2. Duare. lib. 4. c. 9. Petr. Gregor. eodem tractat. c. 37. a n. 5. Guil. Bened. in repet. cap. Rainurius, de testam. vers. ad testam.

impuberi, a num. 58. Felin. in c. cum vigesimum, de offic. deleg. in 8. Mandos. de minori etate, c. 4. & 5. & particulariter de etate ad canonicatus requisita, regul. 18. Cancellaria, 9. & 2. Hoiedam de incompatibilitate beneficiorum, c. 24. a. n. 9. Maiolum de irregul. l. 1. c. 30. a. n. 11. Quintanad. Ecclesiasticor. lib. 1. cap. 60. num. 11. Syluest. verb. beneficium, 3. q. 1. Armil. eodem verbo a. n. 78. Enriquez in summa lib. 10. de sacramentis. Ordinis, c. 19. Lælius Cechum de beneficiis pensio, c. 3. & Azor inst. moral. 2. p. lib. 6. cap. 5. Lælius de inst. & iur. l. 2. c. 34. dub. 20.

3 Sed quia circa hoc t multa sunt etiam innouata per Concil. Trid. quæ à Dd. non traduntur, operæ pretium erit breuiter examinare etatem in quolibet beneficio hodie requisitam.

4 In quo dico i. circa beneficia t simplicia, quod licet de iure antiquo ad ea tantum requiratur etas 7. annorum, & sic, quod quis sit maior septennio, gloss. in d. c. si eo tempore, verb. etatem. & ibi Franchus n. 1. & alij, Albertus Trocius d. cap. 18. nu. 3. & 40 Decius in l. 2. Item impuberes, n. 7. ff. de regul. iur. Rosiniacus, c. 2. n. 23. & 24. Mandos. de etate minori, cap. 3. nu. 21. & c. 4. n. 13. & 15. Hoic. d. c. 4. n. 23. Ful. de visitatione l. 2. 7. c. 7. n. 7. & alij, Saltim, quando t non sonant in nomen rectoria, nec consilij maturitatem requirunt, Abbas post alios in d. ca. super inordinata, n. 4. Selua sup. n. 2. Guil. Bened. n. 60. Rebu. de pacificis, nu. 209. alias 175. Lamb. de iure patron. 1. p. 2. lib. 9. 7. ar. 26. Corr. d. c. 3. nu. 2. Gregor. Lopez in l. 3. ut. 1. 6. par. 1. gloss. 2. Syluest. & Armilla supra & Henric. statim citandus, & Azor

6 d. c. 5. 7. 8. & 9. Ex t quo septenni potest conferri prima tonsura, c. nullus, & ibi gloss. verbo, infanti, & Doct. de temporib. ordination. in 6. Alber. Trocius sup. c. 17. n. 1. Rebu. in praxi, tit. requisita ad collationem bonam, n. 36. vbi ait, in tonsura requiri septem annos completos, Corr. d. c. 3. n. 3. Mand. d. c. 4. n. 12. Salcedo in pract. crimin. canonica, c. 26. adduone 2. Ioan. Gutierrez. canonicarum quest. lib. 1. c. 26. n. 2. Vgoli. de irregularitate, c. 45. nu. 1. Enriq. d. lib. 10. c. 19. §. 1. Toletus in summa lib. 1. c. 55. Sairus de censuris, l. 6. cap. 12. nu. 7. 2. & 10. Et t idem in minorib. ordinib. aiunt Io. Gut. supra cum gloss. fin. in Clem. fin. de etate & qualitate. & Soto in 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. & Vgoli. sup. nu. 2. dicens, quoad ordines minores suscipiendos etatem idoneam esse eam, quæ sequitur post infantiam, Suarez 5. 10. disp. 51. sectione 1. n. 22. Azor d. q. 8. & 9. Tamen t hodie nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annum beneficium potest obtinere ex decreto sancti Concilij Tridentini, sess. vigesima tertio de reform. cap. 6. contra quod non posse Episcopum dispensare recte inquit Azor vbi supra questione nona vers. si querat:

9 quod sacra t Congregatio eiusdem Concilij censuit procedere, nisi in fundatione aliter dicatur, quia non est ei derogatum, refert & tenet Eman. Sa. verbo beneficium, n. 30. & posthæc Gonzalez ad reg. mensium, gloss. 5. n. 9. Vnde t in vna Gerunden. beneficij 12. Iunij, 1579. coram Illustrissimo Lancelloto, in fundator madauit præstari eos, qui sunt de suo genere, & præstari presbyteri, si addit, quo nō existere, eum, qui intra annum possit promoueri, & si nec talis addit, voluit præstari clericum, & cum occurreret vacatione fuisset præstentus simplex clericus de suo genere, qui negabat alios adesse, referturunt domini de Rota, an ex quo non probabatur, quod præstentus esset constitutus in quatuordecimo anno, pro ut Concilium requirit, sed tantum esset constitutus in duodecimo anno, ei obfisteret dictum Con-

cilium. In qua difficultate ait decisio: Illustrissimi Cardinales Congregationis sancti Concilij Tridentini censuerunt non obfistere, die secundo Iunij 1579. vt habetur decis. 482. ad fin. par. d. uerorum. Sed certe dicta declaratio S. Congregationis non videtur couenire casui istius decisio. vbi non dicitur in fundatione, quod posset prouideri minori quatuordecim annorum.

Censuit etiam t sancta Congregatio, hoc Capitulum non prohibere quin ille, qui iam quartum decimum annum suæ etatis attigit, licet nondum expleuerit, possit beneficium simplex obtinere, Enriquez sup. §. 2. & Zuallos 7. 523. num. 4. & 593. num. 18. Gonzalez sup. nu. 90. & 95. Lælius nu. 109. & Azor. 7. 7. & 9. sup.

Pro qua distinctione facit t gloss. verbo in 18. in d. clem. Generalem, de etate & qualitate quam ibi sequuntur Dd. Et quod Ioan. Gutierrez. d. cap. 26. a. n. 8. 12. tradit quauis quatuordecimum annum completum ad beneficium simplex, ex d. cap. 6. Concilij requirat, Mandos. de etate minori, cap. 4. num. 15. & cap. 5. nu. 55. & Tuschus conclus. 338. lit. E. tomo 3. numero decimo & 13.

Habetur etiam t alia declaratio super d. c. 6. quæ facit ad propositum, & sic ait: Prouiso in 13. anno etatis de canonicatu in Ecclesia collegiata vbi vigore statuti Ecclesie prouisi ante realem possessionem, & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium, obstat hoc decretum. Ita censuit Congregatio 14. Aug. 1586.

Et videnda sunt t dicta supra 1. p. c. 5. ex num. 127. vbi de etate ad pensionem.

Dico secundo, quod licet olim esset controuersia 14 circa etatem de iure requisitam ad canonicatum, præcipue Ecclesie Cathedralis, qui de iure communis non habet annexum ordinem sacrum, sed tantum primam tonsuram. Abbas in cap. 2. de institutio vltimo notabili, per textum ibi, & in Clem. 1. q. 1. qui de etate, & qualitate, nu. 4. & 5. & ibi Bonif. nu. 11. & 20. Boer. deci. 171. in princ. & Mandos. consil. 2. numer. 1. a. n. 1. sufficeret etas septem annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, vt videtur probare tex. in cap. ex eo, de election. in 6. vbi id tenet glossa, verb. in tua, & d. c. si eo tempore, verb. etatem, & in c. statutum, verb. canonici, de rescript. lib. 6. sequuntur Franchus cum com-

muni Doct. ibi in d. c. ex eo nu. 2. & in d. c. si eo tempore num. 10. Felin. in cap. ex insinuatione, de simonia, nu. 2. dicens com. nuniorem & probabiliorem. Decius in d. §. item impuberes, numero 6. & ibi Cagnolus num. 10. dicens communem Albertus Tacitus d. cap. 18. n. 4. Mandosius d. reg. 18. quest. 1. & de etate minori d. c. 4. num. 14. Hoieda supra num. 12. Flami. Paris. de resignatione beneficiorum, lib. 4. quest. 9. num. 7. & Naurus de operatione missel. 97. nu. 1. qui ex glossa in d. reg. 18. ait portiones & præbendas, quæ non essent canonicæ, posse conferri maiori septem annorum, non obstante illa regula, & quod mortuo Papa, quia per obitum eius cessant regulæ Cancellariæ, per procemium earum posset Ordinarius conferre canonicatus maioribus septem annorum. An t vero requiratur etas quatuordecim annorum, vt cū Hostiense ibi tenet Abbas in d. cap. super inordinata, nu. 4. & Archidiacon. in d. c. si eo tempore, & in d. c. ex eo, Felin. in d. c. cum vigesimum, nu. 9. Guil. Bened. d. n. 60. Corral. d. cap. 3. num. 2. additio Decij in d. §. item impuberes, verb. pupillus. Syluest. d. q. 1. Armilla nu. 81. & Selua sup. nu. 26. Qui t ait, dictam reg. Cancellariæ 18. ita concordare opiniones, quod clericus non potest esse

esse canonicus Ecclesie Cathedralis, nisi habeat quatuordecimum annum completum: in Ecclesiis vero, collegiatis inferioribus, minor quatuordecim annis, dum tamen habeat decem annos, potest esse canonicus. Quæ t̄ regula habebat locum in Ordinario Puteus *decis. 329. lib. 1.* Tamen hodie, ut aduertunt Mandosius *d. capit. 4. num. 14.* & Hoieda *supra numero. 15.* Azor *quæstione 5.* Cessat dicta t̄ controversia, & dicta regula Cancellariæ (quæ iam non extat) ex decreto sancti Concilij Tridentini *sess. 24. de reformatione, capit. 12.* ubi statuitur, quod nemo deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quæ illa dignitas, præbenda, aut portio requiritur, aut in tali ætate, ut infra tempus à iure, & à dicta Synodo statutum: scilicet, infra annum ut *in c. 4. sessione 22. de reformatione* initiari valeat: Et quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus ab Episcopo cum consilio Capituli designandum ac distribuendum, prout viderit expedire.

Vnde cum hodie t̄ ex eodem Concilio *sessione 23. de reformatione, capit. 12.* ad subdiaconatum requiratur vigesimus secundus annus, ad diaconatum vigesimus tertius & ad presbyteratum vigesimus quintus incipit, ut sancta Congregatio super illo declaravit, & tradit Nauarrus in *Manuali cap. 25. num. 116.* Ioannes Gutierrez *d. cap. 26. à num. 8.* & Enriquez *supra §. 2.* Qui voluerit obtinere canonicatum, aut portionem Ecclesie Cathedralis, si non est initiatus illo ordine sacro, quem canonicatus, aut portio habet annexum debet esse in ætate ad talem ordinem requisita. Et t̄ sic si habet annexum ordinem subdiaconatus, debet habere ætatem vnius & viginti annorum, seu quod idem est, esse maior 21. annis, ita quod attigerit vigesimum secundum, & si habet annexum ordinem diaconatus, debet habere ætatem viginti duorum annorum, seu esse maior viginti duobus annis, ita quod intrauerit in vigesimum tertium. Et si habet annexum presbyteratum, debet habere ætatem 24. annorum, seu esse maior 24. annis, ita quod attigerit vigesimum quintum. Hoieda *sup. d. cap. 24. num. 16.* Maiolus *d. cap. 30. num. 12.* Flamin. Paris. *sup. dict. quæst. 9. num. 11.* Cerola in *praxi Episcopali, parte 1. verb. canonica, §. 2. & 9.* Enriquez *d. §. 2. & Cechus de de Republica Ecclesiastica, cap. de beneficiis, n. 3. sub versic. Quarto licet d. cap. 3. de benefice & pensio. versic. Pari ratione, ad finem, videatur variare. Sic t̄ enim sunt accipienda illa verba Concilij *d. cap. 12. Aut in tali ætate, ut infra tempus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat, id est, aut in ætate legitima ad talem ordinem, ut infra annum initiari valeat, ad textum in cap. 2. de institutio. libro 6. ibi: Et infra tempus à iure statutum ad ordines, quod ipsius Ecclesie cura requiritur, valeat promoueri: iuncto capit. licet canon, de election. libr. 6. & capit. cum in cunctis, §. inferiora, eodem tit. & Francho in *d. capit. 2. numero primo, & ad Rebus. d. tit. requisita ad collationem bonam numero trigesimo tertio. Armillam supra n. 83.* & ita videtur interpretari Flamin. Paris. *d. num. 11. & 18.* & Cerola *supra.***

Pro qua interpretatione t̄ facit tex. in *c. ei cui, de præbendis in 6. & decisio Rotæ in causa Romana capellaniæ, 14. Nouemb. 1586. sup. adducta c. 1. nu. 80. & decretum eiusdem Concilij sess. 22. de reformatione. capit. 4. vers. Nec alio in posterum fiat prouisio, nisi iis, qui iam ætatem, & ceteras habilitates integre habere dignoscantur, aliter irrita sit prouisio.*

tur, aliter irrita sit prouisio.

Qui versiculus t̄ vt S. Congregatio censuit, declaratur per *d. cap. 12. sess. 24.* videlicet, ut non requiratur ordo actu, ut videbatur statui *ut in d. vers. sed ætas legitima ad ordinem, ut per Bonifacium in Clem. 1. n. 54. & 55. de æ. a. & qualitate, & in terminis Nauarr. cons. 8. nu. 2. de præben.*

Facit etiam quædam t̄ declaratio S. Congregationis super *d. c. 12.* quæ sic ait: *Prouisus de Canonicatu habente annexum ordinem sacrum, qui est completa ætatis, ut possit intra annum ordinem requisitum suscipere, non habet vocem in Capitulo iuxta hoc decretum, & Clem. vt ij qui de ætate & qualitate, sed non perdit partem aliquam distributionum, quæ dantur his, qui ceteris horis intersunt primo anno, infra quem ad ordines potest se facere promoueri, elapso vero anno, si non fuerit ad ordinem sacrum annexum promotus, subtrahitur illi dimidia pars distributionum, nec habet vocem in Capitulo, licet alias sit in sacris, ex quo non habet ordinem requisitum, iuxta dispositionem d. Clem. iuncta gloss. verb. ex tunc. Pondero verba illa, Completa ætatis.*

Est etiam alia declaratio super *d. c.* quæ sic ait: *Facite præbenda presbyteralis, poterit Episcopus illam conferre illi, qui diaconalem, seu subdiaconalem habet, & has vni, qui ætatem habet pro his obtinendis. Facit etiam quod infra dicitur dict. 4.*

Et ita tenendum est, quamuis t̄ Lessius *d. li. 2. c. 34. n. 110* dicat cum, qui accepit beneficium, quod requirit subdiaconatum, ut sunt omnes canonicatus Ecclesie Cathedralis, debere inchoasse annum 21. & si diaconatum, annum 22. si sacerdotium, annum 24. ut intra annum, seu in principio anni sequentis possit eo ordine initiari, alioquin irritam esse collationem, ut colligitur, inquit, *sess. 22. c. 4. & sess. 25. c. 12.* sic interpretando illa decreta. Quod etiam videtur tenere Azor *d. li. 6. c. 5. q. 5. vers. verum, ibi: Aut certe ea atus.*

In Ecclesia autem, ubi nec t̄ ante Concilium, nec post facta fuit designatio, & distributio, & annexio sacrorum ordinum, & sic nullus ordo sacer canonicatus assignatus est, qui canonicatus, vel portionem consequi velit, debet esse subdiaconus, vel saltem in ætate requisita ad subdiaconatum, nempe, quod attingat vigesimum secundum suæ ætatis annum, cum ad minus habeat annexum ordinem subdiaconatus, ex dicto decreto Concilij, quod ut inquit Lessius *d. cap. 34. numer. 106.* sua autoritate annectit omnibus ordinem sacrum in genere, & si velit ab Episcopo cum consilio Capituli designari in particulari quis, cui connecti debeat. Ita t̄ Hoieda *supra d. num. 16.* Maiolus *d. capit. 30. numer. 11. & 12.* & Azor *d. quæstio 5. versic. verum,* dicens, saltem tunc, canonicum debere esse in ætate, ut subdiaconus fieri queat, quia omnes canonicatus Ecclesie Cathedralis habeant annexum ordinem sacrum sacerdotij, diaconatus, vel subdiaconatus, ex Concilio dicto *capite 12.*

Et in vna Algarbien. Congregatio censuit, quod etiam in Ecclesia, ubi non fuit facta distributio sacrorum ordinum, requiritur, quod prouisus de canonicatu ad minus attingat 22. annum, & collationem factam habenti viginti tantum, non valuisse.

Et ita t̄ est accipienda alia declaratio sanctæ Congregationis, quæ habetur super dictum caput duodecimum, & sic ait: *Si neque ante, nec post Concil. Tridentinum nullus ordo, siue diaconalis, siue presbyteralis canonicatus annexus fuit, & parochialis Ecclesia legiti-*

ne & perpetuo esse canonicatus unita tanquam principali accessorium, attendenda est natura canonicatus, non autem parochialis: & ita sufficit, ut is, cui collatio facta est, sit in ea aetate viginti duorum annorum, quae in canonicatus collatione requiritur, debet enim intelligi de aetate viginti duorum annorum inceptorum, non completorum. Et sic etiam potest accipi alia declaratio super d.c. 12. quae ait: *Etas 22. annorum sufficit ad acquirendum canonicatum, cui unita est parochialis.*

In canonico vero poenitentiario requiritur ultra gradum Doctoratus, vel licentiae in Theologia, vel iure Canonico, quod sit quadraginta annorum, seu alias, quia aptior pro loci qualitate reperitur ex decreto S. Concilij, sess. 24. de reformatione, ca. 8. Hoieda sup. num. 18. Ioann. Gutierrez d. cap. 26. num. 40. Et si sancta Congregatio Concilij declaravit, defectum aetatis quadraginta annorum non ob stare, ubi alias aptior pro loci qualitate non reperitur. Existi-
34 moque sufficere, quod non reperitur in ciuitate, aut etiam dioecesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec esse querendam extra dioecesim, argum. cap. nullus, 61. distincti. & cap. sacrorum, 63. distincti. P. Nauar. de resti. lib. 2. c. 2. num. 197. ut alius, qui aptior pro loci qualitate reperitur, possit eligi in poenitentiario: si tamen in dioecesi non reperitur talis persona apta, & Episcopus velit eum eligere extra dioecesim, non poterit eligere, nisi habentem dictas qualitates, si talis ibi reperiri potest commode.

Et debent esse dicti quadraginta anni completi, ex quo dicitur in plurali, quadraginta annorum ex glossa in dicti. Clem. generalem. verbo, in 18. Abbate Felin. Corneo, & Ioanne Gutierrez, & aliis infra citandis dicti. 5. quamvis Azor d. c. 5. q. 6. in fine, dicat

36 requiri annum quadagesimum inchoatum. Circa aetatem promouendorum ad canonicatus Ecclesiae collegiatas nihil innoat, seu disponit in particulari Concilio, ut patet ex dicto decreto, Mandos. conf. 20.

37 Man. Rodrig. quast. regul. tom. 1. quast. 11. art. 2. Et si sancta Congregatio declarauit sequentibus declarationibus super d. cap. 12. Prima. *Etas 22. annorum non requiritur in canonicatibus collegiatarum Ecclesiarum magis nunc, quam ante Concilium.* Secunda. *Concilium nihil innoat super aetate promouendorum ad canonicatus collegiatarum Ecclesiarum.* Tertia. *In hoc etiam quoad aetatem illius, qui promouendus est, canonicatus collegiatarum non comprehenduntur.* Quarta. *Nulla Concilij decreto statutum est, quae in eis aetas requiratur, qui canonicatus in Ecclesiis collegiatis consequi volunt, sed id relictum est intra illos terminos, qui ante Concilium Tridentinum praescripti sunt.* Quinta. *Sanctissimus dominus noster Gregor. 13. decreuit, nihil disposuisse Concilium, quae aetate debeant esse ij, qui canonicatus, acquirere volunt in collegiatis Ecclesiis, sicque reliquisse hoc in illis terminis, qui ante Concilium constituti sunt.*

38 Et si versiculum, in omnibus vero Ecclesiis, censuit sancta Congregatio habere locum solum in Cathedralibus, & non extendi ad canonicos in collegiatis, nec etiam habere locum in dignitatibus, & dimidiis portionibus. Et quod licet portiones habere debet annexum ordinem sacrum, dimidia tamen portiones huic ordini non sunt subiectae, & sic ad dimidias portiones non requiritur aetas requisita ad ordinem sacrum, tradit Gonzalez supra. a num. 92.

39 Vnde ad canonicatus Ecclesiae collegiatas etiam insignis requiritur, & sufficit prima tonsura, & quod attingat 14. aetatis annum, sicut ad alia beneficia, ex d. ca. 6. Mandos. d. conf. 20. Cerola d. verb. Canonici

40 mica, §. 9. Enriquez d. c. 19. §. 2. & Cechus de Repub. Ecclesiastica. c. 24. de canonicis. n. 3. vers. 2. n. 6. vers. 5. Azor d. c. 5. q. 6. Interim tamen non habebit vocem in cap. et in d. c. 4. sess. 22. de reformatione. Et si idem est in dimidiis portionibus Ecclesiae Cathedralis, & utrumque tradit nouissimè Gonzalez ubi proxime.

Dico tertio, quod ad parochiales Ecclesias seu curata beneficia, & dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promouendus, debet attigisse vigesimum quintum suae aetatis annum, & alias prouisio est nulla, caput. cum in cunctis, §. inferiora, de electione. caput. licet canon. eodem tit. in 6. Concilium Tridentinum d. caput. 12. sessione 24. Corral. dicti. caput. 3. numero 3. Hoieda supra numero 19. Nauarrus caput. 25. numero 116. & conf. 4. de aetate & qualitate, Flamin. Paris. lib. 4. de resignatione, caput. 9. num. 16. & caput. 11. numero 14. Lefsius d. cap. 34. num. 107. & 108. Azor in d. cap. 5. q. 2. 4. & 9. & alij.

Hinc in Abbate ea aetas 25. annorum requiritur, 42 Corral. ibi numero septimo, & Hoieda post alios numero undecimo. Quintanaduennas dicti. lib. primo caput. sexto numero undecimo. & Enriq. supra. §. tertio, Lefsius d. num. 107. Azor d. q. 2. & dicit communem Sclua d. q. 5. n. 16. 3. casu, quamuis ipse dubitet, dicens, quod videtur in eo requiri eandem aetatem, quam in Episcopo, & in Abbate, nempe, triginta annorum. Cui argumento de Abbate satisfaciunt Guil. Bened. supra. num. 59.

Et quando dicatur, animatum cura subesse, vide de textum in cap. duum, 2. de elect. & ibi Doct. & in Extrauagan. excoherabilis, de praeb. vers. quantum, & ibi glossam. Nauarr. d. conf. quarto & conf. decimo quinto de praeb. numero secundo, & dicta supra. i. p. c. ultimo, a num. 4.

Et quilibet poterit obtinere beneficia curata, 44 & quilibet alia sacerdotalia aptitudine, etiam si tantum habeat primam tonsuram, dummodo sit in dicta aetate, Rebuff. in praxi, d. tit. requisita ad collationem bonam, num. 33. & 34. & de congrua, numero 19. & in repetitione caput. excurpanda, §. qui vero, de praeb. 2. notab. Flamin. Paris. dicti. lib. 4. quast. 9. a numero 34. Quintanaduennas lib. 4. Ecclesiastica, n. 66. & Enriquez in sum. lib. 13. c. 57. §. 4. Et sic non requiritur, quod sit in quatuor minoribus constitutus, ut male ait Lamb. 1 p. 2. lib. quastio. 7. artic. 29. numero 4. & articulo 30. numer. 25 allegans Franchum in d. c. 2. de instit. lib. 6. qui n. 11. notat, praesentatum ad Ecclesiam parochialem dici idoneum, licet non sit in sacris, debere tamen ad minus esse in minoribus, ut in c. 2. eodem tit. in decretal. & c.

46 Sed certe Franchus ibi per minores intelligit etiam primam tonsuram, & per illa verba solum vult excludere laicum, ut patet ex text. quem allegat in d. c. 2. ubi probatur, quod laici non possunt obtinere beneficia, & ita intelligitur Azor d. lib. 6. c. 5. q. 9. & c. 8. q. 13.

47 Et sic est accipienda declaratio S. Congregationis Concilij, quae sic ait: *Licet ex decretis huius Concilij post minores ordines expectandus esset annus antequam quis ad sacros ordines promoueretur, ut c. 11. sess. 23. potest tamen quis parochialem acquirere, etiam si non habeat aliquem ordinem sacrum, & infra annum promoueri ad sacerdotium debet.* Et si alia quae sit ait: *An obtinentem beneficium curatum oportet esse diaconum, vel saltem subdiaconum, cum intra annum debeat promoueri ad sacerdotium, Congregatio censuit non oportere.* Azor d. quast. 9. ad finem post Nauarrum dicti. cap. 25. n. 116. Dico

Dico quarto, quod ⁴⁹ in aliis beneficiis habentibus ordinem sacrum annexum, licet non actu, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel privilegio, requiritur ætas ad ordinem requisita annexum, cap. *ei cui de preben. in sexta glossa in dict. cap. si eo tempore, verbo atatem*, & ibi Franc. numero decimo de preben. in 6. & gloss. verbo *providetur*, in cap. cum in in illis, de preben. eodem libro, Rota dec. i. n. 3. de prebendis, in nou. Rebus. d. n. 33. & d. 2. notab. & Hojeda nu. 20. ⁵⁰ ubi sup. Et alias ⁵¹ prouisiō est nulla, etiam ex causa permutationis facta, Puteus dec. 331. & 338 lib. 1. Mohed. dec. 7. de concess. preb. Tanis decisio. 58. & 59. & Flam. Paris. d. lib. 4. quest. 9. nu. 31. & 42. Pro quo videnda sunt dicta supra cap. 1. & decisio. Rotæ ibi adductæ.

Quod non ⁵² solum procedit in beneficiis habentibus annexum ordinem presbyteratus, sed etiam in habentibus annexum diaconatum, vel subdiaconatum, ut pariter requiratur ætas ad ralem ordinem requisita: quia eadem est ratio, et si textus in dict. cap. *ut eis*, expressit de sacerdotali, id non est gratia taxationis, sed gratia exempli. Et ita post Archidiaconum Calder. Ioann. de Lignano, Imolam, & Dominicum tenet Franchus in dicto cap. *ei cui, numero decimo quarto*, & ibi Probus ad Monachum, numero primo, & Lambert. prima par. 2. lib. quest. septima, articulo vigesimo septimo numero octauo, qui alios citat, & dicit, omnes Doct. in dicto cap. *ei cui*, hoc tenere, & Puteus Gregorius de beneficiis, cap. trigesimo septimo, num. 2. qui ait, quod ⁵³ in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, nisi sit ad vacaturam, intellige in genere, tunc sufficit, tempore vacationis beneficii, ut in dict. cap. *ei cui*, & ibi Domini, quem sequitur Felinus in cap. eam te, n. 18. de rescrip. & ibi Ripa nu. 25.

Quamuis Ioann. & Andreas in dict. cap. *ei cui*, dicat, id solum procedere in beneficiis habentibus annexum ordinem presbyteratus, sic limitando d. cap. *ei cui*, alia vero posse conferri non habenti ætatem in ordine requisitam, quem sequitur Roman. consilio 325. n. 1. & Decius in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, num. 21.

Dico quinto, quod ad dignitates ⁵⁴ vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, licet de iure antiquo requiratur eadem ætas, quæ in curatis, & sic, quod promouendus attigisset vigesimum quintum ætatis annum, ut in d. §. inferiora, ubi Abb. n. 3. & Decius n. 11. Franc. in d. c. si eo tempore, n. 10. & in c. 1. de aetate, & qualitate, in 6. sub nu. 3. vers. in eadem gloss. Selua sup. num. 17. & 24. Albertus Trocius d. lib. 2. c. 18. Nauar. in manuali c. 25. num. 116. & Maiolus dict. cap. 30. num. 11. & 13. cum aliis: in quibus tamen Episcopus poterat dispensare cum maioribus viginti annis, ut in cap. 1. de aetate & qualitate, lib. 6. Tamen ⁵⁵ hodie in sancto Concilio Tridentino, dict. c. 12. statuitur in hunc modum: *Ad ceteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici aliqui idonei, & 22. annis non minores ascendantur*. Vnde ⁵⁶ in his discordat à iure communi Concilium, Flam. Paris. d. lib. 4. q. 11. num. 14. Contra ⁵⁷ quod non poterit Episcopus dispensare, cum ei dispensatio non permittatur, sicut antea, Rebus. sup. num. 41. & Nauar. d. cap. 25. num. 116. & à 35. Lessius d. c. 34. num. 108. Azor dict. cap. 5. questio. 9. Facit quod ait Mandosius de signatura, tit. de dispensatione super defectu ætatis, in princip.

Quod decretum videtur ⁵⁸ comprehendere dignitates & personatus, etiam in Ecclesiis collegiatis: nā

Consilium in hac parte generaliter & absolute de dignitatibus & personatibus loquitur, secus ac circa canonicatus. Et patet ex principio eiusdem capituli, ibi: *Cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus*: nam dictio, *præsertim*, quæ est implicatiua, implicat idem in collegiatis, & includit illas ex citatis infra ix. par. c. 5. n. 91. Et faciunt illa verba, *ad dignitates quasunque*, & ibi: *Ad ceteras autem dignitates*, quæ sunt vniuersalia.

Et ita censuit ⁵⁹ Congregatio, ut in declaratione sequenti super dictum c. 12. ibi: *Ascendantur hoc decreto, dignitates etiam in Ecclesiis collegiatis comprehenduntur*.

Sed in contrarium ⁶⁰ est alia declaratio sanctæ Congregationis quæ sic ait: *cum Concilio Tridentino sess. 24. c. 12. vers. nemo igitur deinceps ad dignitates, non habet locum in collegiatis Ecclesiis*. Et refert Cerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. beneficia, §. 1. vers. ad dignitates.

Sed & Man. Rod. quest. Regul. c. 9. n. 2. ait se ⁶¹ scire secundum quandam Cardinalium declarationem, fuisse quandam ætatis solum decem & sex annorum admissum ad quandam dignitatem in Ecclesia collegiata in diocesi Burgen. Declarauerunt enim, inquit, Illustrissimi Cardinales, quod Concilium Tridentinum requirens vigesimum secundum ætatis annū ad huiusmodi admissionem loquitur de dignitatibus & canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, non autem collegiarum, ut patet ex litera eiusdem Concilii, & probat Quintil. Mandos. consilio 26. quod etiam tradit idem Manuël Rodrig. in additionib. ad Bullam compositionis num. 4. ubi ait, virtute huius declarationis, Domini Christophorum Velam Archiepiscopum Burgen. contulisse dignitatem Scholasticæ collegiatae Ecclesiæ de Aguilar de Campo, cuidam scholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum: & cum litigaretur super hoc, fuisse iudicatum, collationem esse canonicam, & iuridicam.

Nihilominus standum est ⁶² primæ declarationi, quæ ait illo decreto dignitates etiam in Ecclesiis collegiatis comprehendendi, quam existimo veriorē, & Concilio conformem ex dictis. Et ⁶³ id quod dicit Man. Rodrig. de declaratione sanctæ Congregationis, nō esset de canonicatibus Ecclesiæ collegiatae & non de dignitate: & Mandos. quem allegat dict. consilio 20. solum loquitur de canonicatibus Ecclesiæ collegiatae, & non de dignitatibus. Et ⁶⁴ si Concilium ibi non loqueretur de dignitatibus Ecclesiæ collegiatae, relinquendæ essent dispositioni iuris communis, ad l. commodissime ff. de liber. & posthum. & sic dicendum esset requiri in eis, etiam si non essent curatæ, ætatem non 14. sed 25. annorum, quæ de iure communi, in quibuscunque dignitatibus Ecclesiasticis, seu personatibus requiritur, ut in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, & in d. c. 1. de aetate & qualitate, in 6. & Dd. supra citati, numero 54. Et sic requireretur hodie maior ætas in dignitatibus, seu personatibus non curatis Ecclesiæ collegiatae, quam in huiusmodi dignitatibus, seu personatibus Ecclesiæ cathedralis, quod esset absurdum.

Ad dignitatem ⁶⁵ tamen principalem in collegiata regulariter requiratur ætas 25. annorum inceptorum cum regulariter habeat curā animarum in foro interiori, vel exteriori, & de Abbate diximus supra num. 42.

Sed circa hoc quintum dictum ⁶⁶ est dubium, an satis sit attingere vigesimum secundum annum, ut

quis possit ad dictas dignitates, vel personatus as-
sci, an vero sit necessarium habere viginti duos an-
nos completos.

- 67 In quo dubio dicendum est t̄ necessarium esse ha-
bere viginti duos annos completos, vt pro constanti
tenet Mandos. d. tract. de etate minorum, cap. 5. numer.
68 10. & hoc de momento ad momentum. Et videtur t̄
certum ex l. 3. §. minorem, ff. de minorib. & ex traditis
per gloss. in d. Clement. generalem, de etate & qualita.
verbo in 18. Abbatem in d. cap. cum in cunctis, numero
6. Felin. in cap. cum vigesimum, numero primo de offic.
delegati, Corneum, consil. 213. numero 7. volum. 1. Sylue-
strum, Aldobran. in §. pupillis, institut. 7. quibus modis
tucla finit. numer. 14. Ioann. Gutier. d. cap. 26. numer.
10. Rotam decis. 26. de rescrip. in nouis, Bellam. decisio.
726. Tabien. in summa, verbo, et. 2. Armillam
eodem verbo, numero 3. Vegam in summa. 1. p. cap. 96.
casu unico, & Molinam de iustitia, 2. tomo, disput. 573.
circa princip. & nouissime ita tenet Lessius d. cap. 34.
numero 108. dicens illa formula, vt non sit minor 22.
annis insinuare annos 22. debere esse completos, qui
enim nondum compleuit, est etiam minor etate.
69 Quamuis t̄ contrarium teneant Cerola d. verbo be-
neficia, §. i. versic. ad dignitates, qui ait, sufficere illos
inchoasse, citans Nauarrum, cap. 25. numero 116. (qui
id non dicit) Enriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in §. gloss. 10. &
Emanuel Sa verbo, beneficium, numero 31. dicens, quod
ad dignitates & personatus sine cura requiruntur 22.
70 anni incepti, ex Triden. & Azor d. cap. 5. quest. 3. Et t̄
ita declarauit S. Congregatio Concilij, vt apparet
ex declarationibus sequentibus. Prima in Concilio
Tridentino sess. 24. cap. 12. §. ad ceteras, ibi: Ad cete-
ras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum
cura nulla subest, clerici alioquin idonei, et 22. annis, non
minores asciuntur, dubitatur, an compleisse vigesimum
secundum sit necessarium, vel tantum attigisse sufficiat?
Congregatio Concilij censuit, requiri etate viginti duo-
rum annorum completam. A. Cardinalis Carrasa. Se-
cunda Episcopo Abulen. Illustris & Reuerendissime do-
mine, vti frater dubitationis super amplitudinis tue nomi-
ne proposita super etate, qua per Concilium Tridenti-
num cap. duodecimo, §. ad ceteras autem dignitates,
&c. sessio. vigesimaquarta de reformat. requiritur
in iis, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum
cura nulla subest, obtinere volunt, Congregatio Illustrissi-
morum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita re-
spondendum duxit; nempe, decretum illud esse intelli-
gendum de anno vigesimo secundo completo, quod reliquū
est Deum amplitudini tue propitium in omnibus preca-
mur. Roma die 24. Septemb. 1593. Amplitudinis tue Il-
lustris, & Reuerendissime vti frater studiosissimus Hie-
ronymus Card. Mathaeus. Quam declarationem & epi-
istolam directam Episcopo Abulen. ego habeo in forma
authentica.
Vnde infertur ad decretum t̄ eiusdem Concilij
sessio. 25. de regul. cap. septimo ibi: Non minor annis 40.
quod debent esse completi illi 40. anni, qui requi-
runtur in eligenda in Abbatissam, seu Priorissam.
Nec contra illud decretum potest Episcopus, aut
Nuncius dispensare, cum inferior non possit in lege
superioris, maxime Concilij, dispensare, vt est no-
tum, licet in Compendio Mendicantium fratris Hie-
ronymi à Sorbo, verbo Abbatissa, in Margine, dica-
tur, quod per Concilium Tridentinum ordinatur,
vt non eligatur, nisi quadragesimum annum atti-
gerit.
Et hoc de etate 22. annorum t̄ requisita ad digni-
tates, & personatus non curatos, intelligitur, nisi

alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc
enim requireretur in eis etas 25. annorum ad sacer-
dotium requisita, iuxta vers. neminem etiam deinceps,
& dicta sup. dub. 2. & 4.

Vnde ad Decanatum t̄ praeposituram, & Archi-
presbyteratum, etiam si eis animarū cura nulla sub-
sit, requireretur etiam hodie promouendus attingat
vigesimalium quintum etatis annum, ex quo de iure
annexum habent sacrum presbyteratus ordinem, vt
etiam Abbatia, et. de etate & qualita. & dictum est §.
c. 1. n. 40.

Ex quo etiam in Abbate t̄ eadem etas requiritur.
Maiolus d. cap. 30. num. 30. & Mandos. consil. 1. numero
1. Qui t̄ tamen male ait, quod stante constitutione,
quod constitutus debeat esse in etate annorum tri-
ginta, sufficiat annum trigesimalium attigisse; quod
conuincitur ex dictis supra numero 67. & sequen. &
ibi allegatis.

Dico sexto, quod t̄ ad Episcopatum promouen-
dus debet esse maior triginta annis: ita quod trige-
simum annum iam exegerit, & in sacro ordine sal-
tem ante sex menses constitutus, vt in dicto cap. cum
in cunctis, de electione, Concilium Tridentinum sessio.
septima cap. primo & sess. 22. cap. secundo, & sess. 24. ca-
pit. primo de reformatione. & constitutio Gregorij
XIV. de forma faciendi processus, & inquisitio-
nis ex praescripto Concilij Tridentini super pro-
mouendis ad Ecclesias Cathedrales. Cuius tenorem
t̄ non abs re erit hic ponere, quia communiter non
habetur.

GREGORIVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei ad perpe-
tuum rei memo-
riam.

ONUS Apostolica seruitutis, ad quod nuper nos di-
gnatio diuina prouexit, assidue admonet, in eam po-
tissimum curam nobis esse pastoralis sollicitudine incum-
bendum, vt quae à sacris, oecumenicisque Conciliis pro
communi totius Christiani populi salute pie prudenterque
statuta sunt, nulla aut temeritate violētur aut negligētia
deserantur: ea praesertim, quae ad bonos, idoneosque Pastores
Cathedrales, ac superioribus Ecclesiis gubernandis
praeficiendos pertinent: nam si in quibusvis Ecclesia gra-
dibus, & ministris curandum est tales eligi, qui religio-
ne, & sanctitate fideles adficient, multo certe magis ela-
borandum est, ne in eius electione errētur, qui supra om-
nes gradus constituitur; cui tanquam seruo fideli &
prudenti totius familiae cura traditur, qui ad omnem
virtutem, & mandatorum Dei obseruantiam aliorum
forma esse debet: cum certum sit, regis salutem magnope-
re pendere ex boni pastoris praestanti vita, & doctrina.
Sane venerabiles Patres, qui ex toto terrarum orbe ad
sacrum generale Tridentinum Concilium à summis Pon-
tificibus praedecessoribus nostris euocati magna frequen-
tia conuenerunt, cum in aliis rebus multis praclarum
studium ad corrigendos deprauatos mores, & collapsam
Ecclesiasticam disciplinam restituendam ostenderunt,
tum in eo potissimum insēni zelo, magnaue cum laude
laborarunt, vt rationem inuenirent, qua viri doctrina,
pietate, prudentiaque excellentes, & in Ecclesiasticis
functionibus diu, multumque versati, Ecclesiis Cathed-
ralibus praesicerentur. Nos igitur, qui cum in minorib.
constituimus Cremonensem Ecclesiam reueremus, in eodem
Concilio cum sanctis, & egregiis illis Patribus interfuim-

mus, & Concilio absoluto ad Ecclesiam nostram reuersi magno semper desiderio flagrauerimus, ut tam salubria generalis Concilij decreta executioni debita mandarentur, atque ut id fieret pro virili parte curauimus. Multo nunc magis, cum disponente Domino omnium Ecclesiarum cura & sollicitudo nos premittit, summo desiderio tenemur, ut Pastores in praeficiantur Ecclesiis, qui opus suum & ministerium impleant, & de omnium salute nos in Domino laetificent. Illud autem in hoc saluberrimo, & pernecessario negotio, quod est de Episcopis eligendis, & praeficiendis videtur esse praecipuum, ut instructio examini, & inquisitio de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouendorum tam accurate, fideliter, ac serio instituantur, ut omnis fallacia fisco semoto, certo considerare valeamus, tales a nobis Christi gregi pascendo esse praepositos, quales tantum omni, Angelicis videlicet humeris formidandum exigit, & quales ille expetit, qui pro istis omnibus redimendis propriae vitae, ac sanguini non pepercit. Et quidem in hac parte providentia dicti Concilij Tridentini minime defuit, cum statuerit, ac mandauerit, ut in Prouinciali Synodo per Metropolitanum habenda praescriberetur quibusque locis & prouinciis propria examinis seu inquisitionis, aut instructionis faciendae forma Romani Pontificis arbitrio approbanda, quae magis eiusdem locis virilis, atque opportuna esse videretur. Verum neque id haecenus nisi a paucissimis factum est, neque spes est, nisi longissimo temporis spatio, ut ab omnibus fiat, atque interim dum certa examinis, seu inquisitionis ratio a prouincialibus Conciliis expectatur, perit vber ille fructus, qui ex tam utilibus Concilij generalis, decretis sperari posse videbatur. Et experientia ipsa docuit per tot annos a publicatione Concilij praedicti elapsos, quid in vnaquaque prouincia opus sit, quidve possit fieri. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, maturae deliberatione, ac de eorum vnicuique consilio, & assensu, praesenti nostra perpetuo valitura constitutione decernimus, ut cum extra Romanam Curiam examen, instructio, seu inquisitio faciendae erit, nemo omnino citiuscunctis, status, gradus, conditionisue fuerit, inquisitionem praedictam sibi arrogare presumat, sed integrum hoc negotium iis, qui a praedicto Tridentino Concilio designantur, Apostolica videlicet sedis legatis, seu Nunciis prouinciarum, aut eius, de quo inquisitio fit, Ordinariis, eoque deficiente, Ordinariis vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis, aut pro tempore existentis Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoque committendum esse visum fuerit. Quod si forte aliquis praedictorum consanguinitate, aut affinitate usque ad tertium gradum inclusiue promouendum contingeret, ut omnis suspicio carnalis affectus a tam sancto negotio repellatur, ille quidem eo casu censeatur exclusus, atque ad eum, qui proxime sequitur, hoc est, si legatus excludendus erit, ad Nuncium, si Nuncius, ad Ordinarium, si Ordinarius, ad viciniorum Ordinarium Inquisitionis officium deferatur. In Curia vero hac functio spectet ad eos Cardinales, qui a nobis, vel pro tempore existente Romano Pontifice designentur, vel ad Cardinales earum prouinciarum, seu Regnorum apud nos, & Sedem Apostolicam protectores, in quibus Ecclesia ipsa consistunt: si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebat, quod si de Episcopo, vel Metropolitano extra Romanam Curiam degente ab una Ecclesia ad aliam ex aliqua graui, & iusta causa transferendo agatur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuncio Apostolico eius prouinciae, aut Regni, ubi Ecclesia ipsa a qua transferatur, sita erit: ad Metropolitanum, &

2. Tom.

Episcopum: ad suffraganeum vero antiquiorem residentem, si Metropolitanus, transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde, quia sacrum Tridentinum Concilium, non sine magna ratione eminentes personas, & quae negotij magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominauit. Declaramus, & statuimus, tam Legatos, seu Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac sancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, aliosve ministros, sed per se ipsos inquirendi munus exercere debere, quamuis ab huiusmodi personis, aliisque viris peritis adiuuari possint. Et si Praeatus inquirens per se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, ut legitimos natales, vel aetatem, aut aliquid huiusmodi, licebit ei articulum illum alteri personae dignitate Ecclesiastica constituta subdelegare, non autem vniuersam inquisitionem. Quod si forte contingat, aliquem praedictorum legitime impediri, ut per se hoc munus praestare non possit, ad alios ea cura transferetur, qui sunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium designati, ut supra dictum est, de iis, qui ob consanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Adhuc, ut mens eiusdem sacri Concilij recte, ac fideliter debita executioni mandetur, & tale sit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis. Declaramus, ac statuimus, non esse in vita, ac doctrina promouendi inuestiganda eam rationem adhibendam, ut ab ipso promouendo articuli offerantur, ac testes producantur, sed oportere, ut Praeatus, qui munus inquirendi suscepit, articulos conscribat, atque ipse ex officio suo illos testes vocet, atque examinet, quos de rebus inquirendis syncherum, ac fidele testimonium daturus esse existimet. Verum, ut inquisitio praedicta facilius, ac plenius perfici, atque expediri queat, utile erit, si Praeatus, qui inquisitionem facturus est, vel a promouendo, vel alio aliquo confici curat schedulam, in qua sine ordine descripta nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, etas, ordo, gradus, professio, functio, si quam is forte exercuit, loca in quibus aut Theologiae, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipsum, quam parentes eius intime norint. Quod si promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, unde ipsius etas, gradus, dignitas, sacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid eiusmodi comprobetur, admittendum, ac processui inserendum erit, modo documentum publicum, seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum censuimus, ac expresse prohibemus, ne ad testimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque apertudine, ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittantur, sed viri tantum graues, per prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac ut supra diximus, sincerum, ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quam inimici, atque animi excludendi erunt. Porro testes eiusmodi praetatus, qui examen, seu inquisitionem habuerint erit, seorsum, ac sigillatim examinabit, & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tum iuramenti vim, tum pertusam grauitatem: eosdem etiam serio, & grauius admonet ipsos reos futuros apud Omnipotentem Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promouebuntur, si vel falsa narrando, vel reticendo vera, in causa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei eiusmodi Ecclesiis praeficiantur. Diligenter etiam testium qualitates cognoscere studebit, ac potissimum quam sint ad promouendos af-

E

cati, ut inde conficiat, virum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant. Denique cum testes de qualitatibus promouendi interrogabis, dabis operam, ut quoad eius fieri poterit omnia & singula, quae ad praedictam inquisitionem facere videbuntur, per ipsos exprimantur.

Quamvis autem qualitates omnes promouendorum, quae in generalium Synodorum decretis, aliisque Canonis sanctionibus continentur, probe cognita esse debeant, iis, quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt, natura esse ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus Catholicis, annum trigintum iam explevisse sacris ordinibus, saltem ante sex menses initiatum esse, gradum Doctoratus, aut licentiae in Theologia, vel iure canonico, aut certe publicum alicuius Academiae testimonium obtinuisse, quoad alios docendos idoneus esse declaratur, ad hac in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum: item fidei puritate, innocentia vitae, prudentia, usu rerum, integra fama, doctrina denique praeditum esse. Tamen, quia circa doctrinam plures committi solent, & saepe contingit, ut nonnulli scientia vacui, de solo Doctoris titulo, aut privilegio glorientur volumus, ut de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel Doctoratus, aut licentia titulis, & privilegiis gaudent, vel etiam à publicis Academicis testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos, nisi forte aliquorum insignis doctrina, ex publica ipsorum functione notoria esset. Ita vero inquisitio facienda erit, ut quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologia, vel iuri Canonico promouendos operam dederit, cognoscatur. Et quoniam in quibusdam provinciis nulla sunt studia generalia, neque vlla publica Schola, neque usus habet, ut qui studiis operam navant, vllis Doctoratus, aut licentiae insignibus decorentur, declaramus, in eiusmodi locis sufficere, si testimonio virorum gravium, & sacrae Theologia, vel iuris Canonici peritorum constet, promouendos ea scientia Theologia, vel Canonum vere pollere, ut idonei sint ad ea docenda, quae populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes praeterea deponant, se de scientia promouendorum certos redditos esse, ex eo quod praedictos promouendos specimen suae doctrinae publice vel priuatim dedisse cognoverint. Quod autem ad regulares pertinet, tum ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint, ne fraus vlla subrepere possit in eo, quod idem Tridentinum Concilium statuit, ut regulares à suis superioribus sufficientis doctrinae testimonium habeant, Declaramus nomine superiorum eos dumtaxat intelligendos esse, qui nullum sui Ordinis superiorem agnoscunt, siue ij cuiusvis Ordinis Abbates, Magistri, aut Ministri, aut Praepositi generales, aut quarumlibet Congregationum Praesidentes, siue Definiores, aut Visitatores Capitulum generale representantes, siue alij, quocumque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte succedant. Et nihilominus praeter superiorum testimonium, qui fidem facient eiusmodi regulares ad alios docendos idoneos esse, volumus ea servari, quae de iis diximus, qui publicum suae doctrinae ab aliqua Academia testimonium habent, ut videlicet serio inquiratur, an regulares ad Cathedrales Ecclesias promouendi, eos progressus in studiis fecerint, qui in futuro amittere reauruntur. Post inquisitionem vero de fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendi, necnon informationem de statu Ecclesiae, aliisque necessariis rebus, quae pariter coram superius expressis Praelatis, iuxta eiusdem Concilij decreta fieri debet, professio fidei Catholica à promouendo fa-

cienda erit, quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam esse declaramus, ad quem inquisitio pertinebit, nisi forte qui professionem emissurus est, à Praelato inquirente longe distet: tunc enim is Praelatus ex subdelegatione inquirentis professionem admittere debet, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de statu Ecclesiae accipiendae, si quando contingere, ut in alia provincia, siue Regno esset Ecclesia, in alio promouendus. Recipiet autem Praelatus professionem promouendi, praesente notario publico, ac testibus, atque eam à se admissam, ac receptam propriae manus subscriptione testabitur. Is quoque, qui professionem eiusmodi fecerit, in eo loco, ubi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet. Denique his praedictis notarius publico descripta sit, quae in ea faciet de professione praedicta, adhibitis testibus, ut praefertur. Vbi vero totum examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio, ac professione fidei remissa ad hanc sanctam Sedem, ut Concilium statuit, quamprimum clausa, & obsignata, in forma authentica transmittenda erit. In qua re observari volumus, ut professio Fidei iisdem omnino verbis descripta sit, quae in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa IV. praedecessor noster statuit observandam, & ut Praelatus, qui inquisitionem, examen, & inquisitionem fecit, vel per literas separatim, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem dicti processus significet, quantae fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo iudicio habenda sit: simul etiam quid de promouendo ipse sentiat. Processus autem sic formati, & ad Curiam transmissi, à Cardinali, cui proponendi munus incumbet, & à tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, ut moris est, iuxta formam Concilij, praedicti subscribentur, & expedientur. Volumus autem, ut Cardinalis relator moneat promouendum, si praesens in Curia fuerit, ut iuxta Concilium Lateranense, nonisime celebratum omnes Cardinales, siue maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesiam proponat, ut quae à referente collega sint audiri, oculata fide quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Hac porro omnia, quae de promouendis ad Ecclesias Cathedrales dicta sunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione servanda esse declaramus, & decernimus, qui nominati, praesentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus, seu Praepositi Monasteriorum regimina, aut alias Regularium cuiusvis Ordinis, aut etiam secularium praefecturas, de quibus consistorialiter provideri cogerit, atque eos praesertim, quibus praeter curam, & regimen monachorum, aut canonicorum, clericorumque regularium, vel secularium, annexa est in populum iurisdictio spiritualis, vel temporalis, excepta tamen etate, circa quam nihil innovamus. Quod vero ad doctrinam, cum generalia Concilia non statuant, ut persona promouenda ad regulares dignitates Doctoratus, siue licentiae gradum suscipere, vel publicum testimonium ab academia aliqua habere teneatur, & tamen aequum sit, ut ea doctrina polleant, quae onus sibi imponendum sustinere valeant, Declaramus, & statuimus, ut Praelati, qui inquirendi munus suscepturi sunt, studiose, ac diligenter inquirant super doctrina eiusmodi personarum, iuxta modum & formam superius praescriptam, ut nos, & pro tempore futuri Rom. Pontifices, habita de illis vera informatione per processum, qui ab inquirente transmittetur, certo statuere, ac iudicare possimus, an persona promouenda vere sit talis, qualem dignitas illa, ad quam prouehenda est, exigit, & requirit. Hortamur vero in visceribus Domini Iesu Christi, ac paternae chari-

tate,

etate monemus eos omnes, qui ab hac n. a Sede nomi-
di, presentandi, vel etiam eligendi futuros Episc. vel
Abbat. ius habent, ut serio apud se cogitent, quanti mo-
menti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, tran-
quillitas Reipub. incolumitas religionis, propagatio fidei,
aliisque permulta, & maxima bona dependent. Illud et-
iam sepe, & sepius ad mentem reuocent quod sancta
Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, &
populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos
pastores, & Eccl. gubernanda idoneos promoueri su-
deant, eiusque alienis periculis communicantes mortaliter
peccare, nisi quos digniores, & Ecclesia magis utiles ipsi
iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu,
aut ambienitum cupiditatibus, sed eorum ex gentibus
meritis praefici diligenter curauerint. De nominatione ve-
ro, presentandis, vel eligendis ad regulares dignitates
praeter ea, quae superius obseruanda declarauimus, illud
quoque pariter his nostris hortationibus & monitioni-
bus adiciendum censuimus, ut nominationis, presenta-
tionis, vel electionis ius habentes eos diligere studeant,
atque omnino conentur, qui non modo eundem ordinem
sint ante professi, sed in eodem etiam satis diu laudabi-
liter versati. Neque enim decet vi. Magistri aliorum
esse incipiant, qui non fuerint ante discipuli, & subditis
imperare praesumant, qui prius non didicerint superio-
rib. obedire. Eos denique, qui vel examinando, & inqui-
rendo, vel testimonium ferendo operam suam in hac re
praestabunt serio admonemus, ut ea fide, ac diligentia in
negotio tanti momenti versentur, ut à Deo, & à nobis
laudem pro bono opere expectare valeant. Nalli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prohibi-
tionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortatio-
nis, & monitionis infringere, vel ei casu temerario con-
trarie. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat.
Romae in Monte Quirinali anno Incarnationis Domi-
nicae millesimo quingentesimo nonagesimo primo: Idibus
Maij, Pontificatus nostri anno primo. A. Card. Mon-
taltus summator. M. Vestrius Barbivianus. A. de
Alexius.

78 Et eadem aetas, quae in Episcopo, requiritur in
Cardinalibus, ex d. c. i. sess. 24. vers. ea vero omnia iun-
cto d. c. i. sess. 7. & d. c. 2. sess. 22. Maiolus n. 13. & Hoi-
da 27. ubi sup. Hodie tamen diaconus Cardinalis ef-
se potest, qui in vigesimo secundo suae aetatis anno
fuerit institutus, ex constitutione Sixti V. de Cardi-
naliu numero, ordine, aetate, tempore, qualitate, &
officio, & aduertit Cardinalis Paleotus de sacri Con-
sistorij consultatione 4. par. 9. 1.

80 De aetate in Abbatis, seu Prioris videndum est
dictum decretum sacri Concilij sess. 25. de regul. c. 7. &
81 de aetate requisita ad beneficia regularia, vide tex-
tum in dist. clem. ne in agro s. ceterum, de statu regula-
rium, & supra in initio citatos, ac Albertum Tro-
cium, d. li. 2. c. 19. & Corraç, 3. p. c. 3. n. 8. nam circa eam
nihil inuenio innouatum per d. sacrum Concilium
Tridentinum. Vide tamen circa intellectum dist. 9.
ceterum, Nauarrum de regularib. commentario 3. nume-
ro 43.

82 Tandem aduertendum est, quod prouiso facta
non habenti aetatem in beneficio requisitam, est nul-
la, ut per Flam. Parif. de resignatione beneficiorum, lib.
4. q. 9. ex n. 20. Manuel. Rodr. in summa. 1. tomo. c. 30. n.
1. Vegam in summa 1. p. c. 36. casu 5. & 21. Azor d. c. 5. q.
12. Etiam in conscientia P. Ledefina in summa 2. p.
1. ac. 7. c. 2. 7. concl. 7. difficultate, pag. 361. Quidquid ve-
lit. Ioan. Quintin. in repetit. cap. de multa de preben. n.
2. Tom.

66. & seq.

Quod procedit etiam si ad aetatem requisitam de-
sit, quantumvis paruum & modicum tempus, ut vnus
dies, vel hora, nam in his quae à iure sunt determina-
ta & limitata non licet arbitrari. Facit, quod tradit
Thomas Sanchez de matrim. li. 1. disp. 16. nu. 4. Quid-
quid alias circa aetatem ordinum male teneant P. Le-
desma. 1. p. summa de sacramento Ordinis, c. 7. conclus. 1.
1. difficultate, & Vega in libr. Espejo de curas, cap. 14.
num. 42.

Secundo procedit etiam in praesentatione, Na-
uarr. consil. 2. n. 1. de aetate, & qualitate. Et in opposi-
tione: nam etiam tempore oppositionis, & petitionis
requiritur habilitas, & qualitas requisita Ioann. Gu-
tierrez consil. 44. n. 7. & Zauallo: q. 693. ex num. 7. Pe-
rez de Lara de annuaria. & capella. lib. 2. c. 9. num. 55.
& 58.

Vnde videtur falsum, quod ait Man. Rodrig. d. c.
30. n. 1. vers. Lo tercero, & cum eo Vega d. cap. 36. casu
16. quod laicus potest se opponere ad beneficium
presbyterale in Ecclesia, ubi est statutum, quod ob-
tinens beneficium intra annum fiat presbyter, dum-
modo attigerit 25. annu. Nec id dicit Nauarrus,
quem ipsi allegant in manuali, c. 5. n. 116. nam non
loquitur de laico, sed de clerico saltem primae tonsurae
intelligitur. Et quod ibi subdunt Manuel Rodr. &
Vega, quod quando patronus praesentat absentem ad
certum beneficium, sufficit, quod tempore, quo acce-
dit nuntius cum schedula, habeat aetatem requisitam,
ut sentit, inquit, Nauarrus, accipiendum est, iuxta
supradicta c. 1. a. n. 32.

Aetas aetate tunc connumeranda est, non adie
ceptionis, ut contra glossam regulae Cancellariae 17. re-
cte tradunt Couarruias in 4. 2. p. c. 8. §. 2. n. 3. & Mo-
lina sup. d. disp. 573.

Eademque aetas, & habilitas, quae requiritur &
sufficit ad titulum beneficii, requiritur & sufficit ad
coadiutoriam à Papa concessam, Caputaquen. decis.
127 p. 1. & post hac Gonzalez glossa 5. §. 9. numero 6.
& 90.

CAP. V.

De coniugatis.

SUMMARIA.

Coniugati, qui ordinari prohibentur, sunt incapaces be-
neficiorum, n. 1. Adeo, ut etiam beneficia ante mari-
monium obienta amittant, nu. 2. Et procedit etiam in
administratione Ecclesiastica n. 3.

Nec ex dispositione Episcopi possunt habere beneficium
etiam simplex, n. 4. Et concordia Capra bene impro-
batur per Hoiadam.

Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus
à iure expressis, n. 5.

An, & quando clerici coniugati gaudeant privilegio fori
remittitur, n. 6.

Sine vxore praeterea is esse debet cui de benefi-
cio prouidetur. Coniugati enim qui ordinarij
prohibentur, sunt incapaces beneficiorum c. 2. c. di-
uersis fallacis, & c. cum decorem, de clericis coniugatis, &
facit tex. in c. unico, vers. in ceteris aut eodem tit. in 6.
de quo bene Lamber. de iure patronatus. 1. p. 2. lib. 9. q. 7.
art. 3. Caprereg. 97. à nu. 23. & Hoiada de incompati-
bil. beneficiorum, 1. p. cap. ultimo, nu. 76. & 77. & Fla-